Quelle: https://manuscripta.at/?ID=36903
Copyright: Göttweig, Benediktinerstift



aruspicem qui omnes fetores draconis spargunt
ubique horum et hominum dogmata falsa atque in
mica sunt veritati Unde Hericio exemplum

Phisiologus
dicit de Hericio
ita erinacius
habet lactei c
culi quandam simili
tudinem et est deforis spinosum Tempore autem
vindemiarum ingreditur in vineam et ubi viderit
unam bonam scandit super vitem et exacinat
vuam ita ut cadat in terram Tunc ille des-
cendens volutat se super acinos ita ut spinas
suas repleat acinis sicque escam portat fi-
liis suis Tu ergo homo custodi vineam tuam et
omnes fructus spirituales nec te occupent istius seculi
solicitudines et corporalium viciorum voluptates
ne forte spinosus dyabolus expurgat omnes fructus
tuos ut cor affigat aculeis spinarum idest
viciorum et faciat te escam bestiis terre et re-
maneat vinea tua nuda et vacua Longe
ergo phisiologus naturas animalium exposuit intel-
ligenciam scripturarum spiritualium De aquila exemplum

Dicit ergo David in psalmo
c primo Renovabitur ut
aquile iuventus tua Phisio-

Fons : sol aquile reddit corpus
iuvenile